



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Collegiis Canonicorvm Per Germaniam, Belgivm,  
Galliam, Hispaniam, Italiam, Aliasqve Orbis Christiani  
Prouincias, Liber Singvlaris**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1615**

Capvt VIII. S. Mariæ Collegivm Cameracense Metropolitanum in Belgio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11227**

40 DE CANONICORVM  
CAPVT VIII.

S. MARIAE COLLEGIVM CAMERA-  
cense Metropolitanum in Belgio.

**C**ameracum vulgò *Cambrayj*, veteribus  
Samarobrina, vt quidam volunt, vrbs  
antiqua, ad Scaldim Fluuum sita, tria habet  
Canonicorum collegia, nimirum *s. Mariae*  
Metropolitanum, itemque *s. Gangerici*, & *s.*  
*Crucis* collegia. Metropolitanum collegium,  
proculdubio, initia debet sua, primis illius  
loci Episcopis, quos inter recensentur *Dioge-*  
*nes*, & *s. Vedastus*, Clodouei primi Regis Gal-  
liae Christiani catechista.

S. GANGERICI COLLEGIVM CA-  
meracense.

**S**=nuis & Catholicis in Euosio Galliarum  
castro. Vbi dū primis litteris imbuebatur, ti-  
rocinij sui tempus in emeritam ætatem trans-  
tulisse videbatur. Quare *s. Magnericus* Epif-  
copus Treuirorum, præclarę indolis puerum  
totondit, & totum Psalterium ediscere fecit,  
& postea ad Leuiticum sublimauit ministeri-  
um. Cumque obuium haberet paganum ho-  
minem leporum, ad Baptismi gratiam eum  
perduxit, & Vndis salutaribus ab vtraque le-  
pra animæ & cutis emundauit. Incremente  
autē beati viri fama, mortuo *Vedulpho Ca-*  
*mera*.

meracensi Episcopo, clerus & populus par*i*  
voluntate, leuitam Gangericum postularunt  
Ordinatus igitur Episcopus, per annos plus  
minus triginta nouem, prædicatione pluebat,  
miraculis coruscabat, bonis operibus perpe-  
tuò intendebat. Complures quoque noxios  
de manibus iudicum diuinitus liberabat per  
preces. Quibus peractis, plenus dierum in pa-  
ce sanctæ Ecclesiæ quieuit, anno 594. tertio  
Idus Aug. Quo die natalis eius ab Vsuardo &  
alijs notatur, & historia à Surio ponitur. Se-  
pultus est apud Cameracum in Basilica, quæ  
ab ipso in montis vertice ad honorem S. Me-  
dardi erat exstructa; vbi postea Carolus V.  
Imp. exstruxit castrum siue citadellam, vt lo-  
quutur. Vnde Canonici S. Gangerici cùm co-  
gerentur templum suum deferere, receperunt  
se in Parochialem Ecclesiam S. Vedasti; vbi  
in magnifico choro, quem exstruxerant, cor-  
pus S. Gangerici reposuerunt. Atque ita Ec-  
clesia S. Vedasti dicitur nunc Ecclesia S. Gan-  
gerici. Est præterea vetustissimum templum  
in Palatina vrbe Bruxella ad eius honorem  
consecratum. Ceterum Euosium Galliarum  
castrum, nunc Iuodium dicitur, Lutzenbur-  
gensis ducatus opidum: in quo est etiam Col-  
legium Canonicorum. Sic ferè Molanus in  
Natalibus SS. Belgij.

S. CRVCIS COLLEGIVM  
Cameracense.

**I**ohnes Episcopus Cameracensis, ex Cantore aulæ regiæ, Theodorico Episcopo defuncto in sede Cameracensi successit anno 866. & licet natalem non habeat, Sanctus tamen dicitur. Nam ad sepulchrum frigoretici & diversis ægritudinibus occupati sospitatem eius meritis sunt consecuti. Sepultus est Cemeraci ad Sanctam Crucem, ibidemque à Gerardo XIII. suo successore condigno honore est eleuatus. Scripsit porrò Hincmarus Archiepiscopus Remorum ad hunc virum Sanctum plures litteras.

Huius porrò collegij S. Crucis auctor seu fundator fuit *Elbaudus* cognomento *Rubeus*, vir nobilis ac potens; quem falsò Archidiaconus vocat Christianus Massenus. li. 13. Chronicorum. Constat enim vxorem habuisse, utpote cuius hodieque in precibus suis memores sunt eius loci Canonici. Idem Elbaudus exædificauit Parochialem S. Vedasti Ecclesiam, quam nunc collegiū Canonicorum S. Gangerici incolit. Obiit autem Elbaudus anno 1071. conditus in Odeio Aedis S. Crucis à se exstructæ.

CAPVT